



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 694. Fideicommissum receptum à fideicommissario qualia in eum onera conferat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

2. Resp. ad secundum: fiduciario nollente adire hereditatem ne defraudetur fideicommissarius, potest is implorare Judicem, ut hic cogat heredem institutum adire hereditatem, eamque totam, nullo commodo aut incommodo apud se remanente, restituere, non tamen fideicommissario universali ante restitutionem competunt eadem remedia, quæ legatario contra heredem propter exactionem legati cum fideicommissio; quia hæc æquatio non est legati cum fideicommissio universali, sed cum particulari, resque universales, qualis est hoc fideicommissum universale, actionibus illis singularibus non petuntur. proinde rei vindicatio hic locum non habet per l. 23. §. 56. ff. de R. V. nisi tamen fideicommissum esset familiaris; tunc enim, si unus ex agnatis illud restitutum alienasset, proximus succedens sine refusione pretii à quocumque detentatore poterit illud vindicare. l. 69. §. 1. §. 3. l. 77. §. 27. ff. de legat. 2. Peregr. l. c. a. 95. num. 33. Gail. l. 2. obs. 137. num. 6. Lauterb. l. c. §. 21. Neque hypothecaria tacita aut exprella, ut Idem cum Ludvvel. in ff. ad SC. Trebell. pag. 162. Neque hereditatis petitio. l. 1. §. 3. §. 1. ff. de fideicom. hered. utpote quæ datur post factam restitutionem adversus alium pro herede vel possessore rem hereditariam possidentem. Sed competit fideicommissario profectio extraordinaria, nimirum imploratio nobilis officii Judicis, quæ hæres compellitur, ut ad eat hereditatem & eam nudè restituat. l. 178. §. 2. ff. de V. S. eaque coactus dein hereditatem reculare nequit. l. 67. ff. ad SC. Trebell. neque etiam, si imploratio hac facta ante receptionem decesserit, ejus hæres eam repudiare potest. l. 44. ff. eod. Sed neque etiam fideicommissarius regulariter ex L. fin. de edict. D. Hadrian. toll. in possessionem bonorum mitti potest, nisi alio nullo legitimo contradicatore existente, fideicommissum cum actionibus ipso jure transferatur in fideicommissarium. v. g. si fiduciarius, cui restitutio imposita contumaciter absit, vel morte præventus successorem non reliquit, à cujus manu capi possit; vel si à primo fideicommissario in secundum translatio iusta sit celebrari. l. 7. §. 1. c. ad SC. Trebell. ita Lauterb. l. c. cum Hunn. encyclop. juris. p. 4. tit. 1. c. 1. n. 23. §. c. dari quoque Judicium utilis familia eriscunda inter heredem & fideicommissarium partis per l. 27. §. 11 ff. ad SC. Trebell. ait Idem cit. §. 21. quò ad actiones verò competente post aditionem hereditatis, remittit ad Peregr. l. c. a. 45. §. seq. Stryck. de success. ab intest. d. 7. c. 4. §. 10. §. seq.

Quest. 693. An & qualiter fideicommissum repudiari possit à fideicommissario?

Resp. fideicommissum oblatum repudiari potest; eum sit species donationis, quæ in invitum non confertur Muller. ad Struv. in ff. ad SC. Trebell. th. 37. lit. a. cum communi non tamen repudiari potest in præjudicium alterius, v. g. à patre in præjudicium filii. l. 11. c. de jur. deliber. aut à primo fideicommissum relicto familia in illius aut successorum præjudicium. Struv. Muller. l. c. Fit autem hæc repudiatio verbis aliove signo sufficienter declarativo voluntatis repudiantis, vel etiam re ipsa vel facto. l. 92. §. 77. de acquir. vel omittend. heredit. semel autem facta dicta declaratione & repudiatione, deinceps fideicommissum acquiri aut peti nequit per l. 4. de repud. vel abstinent. hered. Muller. l. c. Porro, si relicto in testamento, ut fideicommissarius de repudiatione statuere secum possit, requiritur, & habet is jus, ut testamentum aperiatur l. 1. ff. testam. quem. R. P. Levr. Jur. Can. Lib. 111.

admodum aper. & deliberare possit. §. 9. Inst. de fideicom. hered. ne temerè & festinato suscipiendo vel repudiando fideicommissum damnum incurrat. unde & habet beneficium confessionis inventarii, concessum per §. 5. Inst. de hered. qualitat. & differ. omnibus illis, quibus est potestas deliberandi de adeunda & suscipienda hereditate.

Quest. 694. Fideicommissum receptum à fideicommissario qualia in eum onera conferat?

Resp. sicut in omnia commoda, sic etiam in omnia incommoda defuncti hæredis succedit fideicommissarius. l. 34. de Judic. l. 17. §. 5. de usur. Hinc solvere debet legata. L. fin. in fine c. ad SC. Trebellian. satisfacere creditoribus. etsi hæres fiduciarius habet quartam admixtam cum ære alieno, pro rata portione actiones & onera dividenda inter illum & fideicommissarium. §. 7. Inst. de fideicom. hered. Muller. l. c. th. 38. & fideicommissum familia possidens tenetur lites nomine fideicommissi suscipere, & earum expensas ex fructibus ferre juxta. l. 11. c. de bon. matern. cum susceptio & prosecutio hujusmodi litis sit onus reale ex re fideicommissaria proveniens, ejusque utilitatem concernens, adeoque spectans ad possessorem per l. 47. ff. familie eriscund. si tamen lis non solum possessorem, sed ipsius proprietatis causam & perpetuam utilitatem concernit, non nisi modicas impensas ferre tenetur possessor. l. 7. §. 2. usuf. Muller. l. c. cum Knipschilt de fideicom. l. 12. n. 53.

Quest. 695. Quando nam expirat fideicommissum?

1. Resp. expirat & evanescit potissimum in sequentibus casibus. Primo, si hæres gravatus moritur ante testatorem; cum fideicommissarius non nisi ab herede ad id gravato, seu eo mediante, fideicommissum accipere possit. Reiffent. b. t. num. 628. cum communi. Secundo, si moritur, ante aditam hereditatem hæres gravatus. l. 13. §. 3. ff. ad SC. Trebell. nisi forsitan post acceptum à Judice eam adeundi mandatum moriretur; tunc enim non expirat fideicommissum, licet moriatur ante eam aditam. l. 4. c. eod. Reiffent. l. c. vel nisi substituta & fideicommissaria esset causa pia; hæc enim capit fideicommissum etiam immediate, seu nullo alio adeunte hereditatem mediante. Tiraq. de privileg. cause pia. privil. 32. §. 66. uti nec expirat ob non aditam hereditatem, si hæres gravatus transmittit hereditatem ad hæres, ut Reiffent. l. c. cum Bart. in cit. l. 13. Tertio expirat impleta conditione fideicommissum conditionale. v. g. quo testator substituit Titio Cajum, si Titius moriatur sine liberis & hic sine liberis moriatur; cum actus sub conditione non valeat conditione non existente. Qualiter verò fideicommissum non censeatur tacite remissum seu sublatum per divisionem hereditatis factam inter plures hæres eo gravatos, vide apud Gail. l. 2. obs. 139. ubi id stabilit. citatis. L. cum pater. §. hered. ff. de legat. 1. qui Romæ. §. duofratre. ff. de V. O. & ibi Bart. Alex. Zaf. & DD. communiter. Item Bald. vol. 3. conf. 440. per tot Fulgos. conf. 41. n. 4. Paris. vol. 2. conf. 49. n. 9. §. seq. Socin. Jun. p. 1. conf. 116. n. 32. & plurimis aliis.

2. Idemq; ampliat pluribus & primò quidem n. 2. ut procedat, etiam si hæres in divisione promississent, seseque obligassent, quòd factæ divisioni nolint contravenire; eò quòd talis promissio & obligatio nihil possit ad ea, quæ ex testamento dependent, & sic ad jus substitutionis seu fideicommissi spectant; sed solum quò ad ea, quæ ille testamento dictoque